Universitätsbibliothek Paderborn

F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

23. Dejectam in puteum servat mirabiliter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

Visual Library

ſtridie quàm nuncupaſſet, voti
damnata, ad tumulum Divi inviſit,
& fidem liberavit.

23. In tempore eundem invocaſſe
Dejectā in puteū ſervat mirabiliter.
certè profuit *Luciæ Scambrii* filiæ.
In hanc ſiniſtra quædam ſuſpicio,
unde orta neſcio, fratres duos adeò
exacerbaverat, ut velut œſtro perciti in ſororem furialibus manibus
involarent & præcipitem in puteum agerent. Illa in caſu NICOLAI
auxiliarem manum implorat. Et ut
accurriſſe Divum crederes, ex lapſu tam alto (profundus puteus
erat) tamque violento (modum furor non habet) nullum damnum
accepit. Immò, quod magis admireris, vixit in puteo dies noctesque
undecim abſque omni alimento.
Funium deinde adminiculo educta, nihil antiquius, nihil prius habuit, quàm ad tumulum ſacrum rectà ſe conferre, & Liberatori ſuo
grates ſolvere.

24. Et quò ſupplicis deſpicabilior
Multa ſimul mala ab uno tollit.
inter homines conditio eſt, eo
promptior ad opem ferendam NICOLAVS adeſſe videtur. Florentiæ

ad